



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 6. Quae ratio coniunctionis naturarum in Christo?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Quod vero Augustinus dicit ver- *In exposi.*
 im assumpsisse hominem: intelligi- *ymb & m*
 tur per hominem, non persona, sed *Psal. 64.*
 natura.

Caput 6.

*Quæ ratio coniunctionis natura-
 rum in Christo?*

CAutè loquendum est in expli-
 catione mysteriorum incarna-
 tionis verbi Dei. Nam de pro-
 positionibus illis: Deus factus est ho-
 mo, & homo est deus, & similibus: at-
 que an per hoc Deus factus sit ali-
 quid, vel non factus: tres sunt modi
 dicendi seu opiniones, ad exprimen-
 dum modum vnionis præactæ.

Quarum prima inter alia tacitè
 dicit, in Christo duo esse supposita, &
 vnam tantum personam, & hæc est
 falsa.

Secunda, quòd in Christo vnum
 est suppositum tantum, ac vna tan-
 tum persona. Nam corpus & anima
 Christi simul tempore vnita fuerunt,
 & assumpta, atque per hoc vnum sup-
 positum, seu vna persona in ipso, in
 duabus consistit naturis.

Hinc & propter vnionem dupli- *Aug. lib.*
 cis ipsius nat. præ in vno verbi suppo- *13. cap. 17.*
 sito, *de Trinito.*

LOCORVM COMMVNIVM
suo, nomina vtriusque naturæ pro-
prietates significantia, de Christo
prædicari possunt: ita vt verè dica-
tur, Deus passus est, ac homo iste est
æternus.

Ex hoc quoque inferatur, post in-
carnationem, personam verbi esse com-
positam, cum prius simplex fuerit:
non quidem compositione, quasi ex
partibus, vnde totum resultet: sed
quia persona verbi, quæ antè in vna
tantum subsistebat natura, post in-
carnationem in duabus subsistit. Et
hæc benè intellecta, opinio vera cen-
setur.

Tertia denique dicit verbum hu-
manam naturam, vt habitum seu in-
dumentum assumpsisse. Sed hæc hæ-
retica est, & abiicienda.

Caput 7.

Quem sensum habent hæ proposi-
tiones, Deus factus est ho-
mo, & homo factus
est Deus?

*Aug. ad
Rom. 1.*

*Aug. lib.
de Trini.*

ca. 13. li. 1.

Locutiones illæ, de quibus capi-
te præcedenti dictum est, secun-
dum illos dicendi modos, di-
uersimodè determinantur. Nam iux-
ta

xta prin-
& econu-
stantia r-
tè non fu-
ac illa s-
quod ex-
tis, nec n-

Quoc-
fuerit, i-
esse filius

Iuxta
us est ho-
carnatio-
bus subst-
ac sic, qui-
ram, secu-
esse à Deo
dum hun-
quantum
pore & na-

Et secu-
ra vnita e-
vnio ex g-
à Deo præ-
prædestin-

Sed iux-
tus dicitur
minem ac-
est à Deo
nem, est I-
stus nō est